# DE ARGENTI NITRICI USU INTERNO.

## DISSERTATIO

INAUGURALIS MEDICA
QUAM
CONSENSU ET AUCTORITATE
GRATIOSI MEDICORUM ORDINIS
IN
ALMA LITERARUM UNIVERSITATE
FRIDERICA GUILELMA
UT SUMMI
IN MEDICINA ET CHIRURGIA HONORES
RITE SIBI CONCEDANTUR
DIE III. M. FEBRUARII A. MDCCCXLII.
H. L. Q. S.
PUBLICE DEFENDET
AUCTOR

**AUGUSTUS FOCKE**
VIADRO-SEDINENSIS.

**OPPONENTIBUS:**
W. SCHRADER, med. et chir. Dr,
C. FRICK, med. et chir. Dr.
W. HOFFMEISTER, med. et chir. Cand.

**BEROLINI,**
TYPIS NIETACKIANIS.

VIRIS

ILLUSTRISSIMIS, DOCTISSIMIS, EXPERIENTISSIMIS

# FRIDERICO NASSE,

ATQUE

# C. G. MITSCHERLICH,

PRAECEPTORIBUS SUIS DILECTISSIMIS

NEC NON

PATRI

CARISSIMO, DILECTISSIMO

CAROLO FOCKE,

HAS

STUDIORUM MEDICORUM PRIMITIAS

D. D. D.

AUCTOR.

# PROOEMIUM.

Novissimis demum temporibus chemia, quae organica dicitur, lucis aliquid attulit ad vestigia medicaminum metallicorum persequenda, modumque efficiendi, latentem omnino illos, qui, alchymiae imperio subjecti, planetarum cursus consequi non potuerunt, neque coelestium macrocosmi, neque terrestrium microcosmi, sponte procreatorum. Sed ne nos nimis efferamus! Amplae adhuc regiones nobis sunt occupandae, belloque vix incepto, valde jam inter se litigant expugnatores; nec litigant alio modo de effectu medicaminum, observationum copias innumeras in aciem educentes. Videntur autem aliis nec opiniones nec observationes aliorum notae fuisse, alii alienam aut historiam aut conclusionem male intellexisse. Quam ob rem operae pretium esse videtur, breviter illa enumerare, quae hucusque hac de materia scripta sunt, judicio quodam adsperso.

Me ipsum, argentum nitricum perscrutandum mihi eligentem, quominus etiam de usu ejus externo disseram, et tempus et spatium prohibent. Immo ne spero quidem, finem propositi me plane assecuturum. Defecerunt

enim mihi plures, quibus uti debebam, commentarii diurni, librique rariores et apud externos editi. Qua de re, lector benevole, excusare me velis.

---

## §. 1. Disquisitio historica.

Difficillimum est, opusque vere ingratum, fontem alicujus quaerere medicaminis, quare in perpaucis tantum ibris hujusmodi explorationes inveni. Sin autem adsunt, incompletae exsistunt, falsae, hypotheses; libenter etiam nonnulli sibimet ipsis efficacis medicaminis inventi gloriam attribuere conantur, fontesque ac rivulos consulto obliviscuntur, e quibus hauserunt sapientiam. Unde errores innumeri. Sed redeamus ad argentum, cujus origo aeque nebulis tegitur alchymisticis, quod attinet usum medicum. Veteribus cognitum fuisse argentum nitricum probari omnino nequit, quamvis non desint vestigia, e quibus concludere liceat, argentum illos usui interno adhibuisse (1). Arabes invenio, et Arabem quidem Geber argenti nitrici usum internum cognovisse: sed quum fontem, unde hanc notitiam petierit, Dulk (2) non citaret: unde hac de re certiorem me facere possim, nescio. Krahmer (3) Arabes dicit medicaminibus aliis addidisse argenti puri foliola; quod si verum est, fortasse casu aut forte fortuna argentum nitr. formaverunt. Cujus ta-

---

(1) Jacobi, Dissert., qua vi plurium observationum vires medicas auri, argenti, stanni et plumbi veteribus cognitas a falsitatis injuria vindicare conatur. Acta Acad. Mogunt. I. 195.

(2) Pharmacopoea Borussica. cap. arg. nitr. p. 272.

(3) Schmidt's Jahrbücher. Bd. 17. 1838. p. 17.

men salis usum internum iis cognitum fuisse, contendi non potest.

Jam ad Jatrochemicos procedamus, ad Alchymistas, primumq. ad Basilium Valentinum, qui quin ad usum therapeuticum diversa ex argento produxerit medicamina, non est dubium. Quod apparet ex Thealdi libro (1), quem huic disquisitioni adhibere non licuit, quare Kahleisium (2) adeas, qui hunc citavit.

Paracelsus, discipulus sectatorque Valentini, quae ab hoc praeceptore ei tradita erant, magna ostentans occulta arcana, mysticis involucris et quasi velis praeparata argenti, ut alia omnia circumdedit. Paracelsus ipse autem ejusque sectatores, medicaminum ex argento productorum copiam adaugentes, novas paraverunt tincturas, Lunaeque potabili, Salique Lunae addiderunt Bezoardica, Cathartica, Extracta Lunaria. Argentum enim Luna est terrestris, »propter summam,« ut Angelus Sala ait, »et peculiarem, quam cum corpore »Lunari habet constellationem.« Nam, quod idem autor postea hallucinatur: »Luna coelestis mundo gloriose se »ostentat, se veste cyanea incedit,« (sic) »et non eo- »dem« pergit, »obsecro, colore adornatum, est ar- »gentum, jam purificatum et ab omni faece purga- »tum« etc. (3). Profecto ex Angeli Salae catillis arg. nitr. purum prodiit. Solutionem quidem Lunae, sicut Basilius, et alii, sapphirio, ait, ornamento sese oculis objicere, sed Magisterium Argenti, s. Crystallum Dianae, s. Catharticum lunare, materiam dicit esse lapideam, infra et a lateribus nigerrimam, supra autem candidam, claram sicut crystallum, et astro insignitam. Stella illa

---

(1) Halographia ex testamento fratris Basilii Valentini.

(2) Hufeland's Journal. 1829. März. p. 63. sqq.

(3) Angeli Salae op. medico-chymica, quae exst. omn. Francof. MDCXLVII. Septem planet. terr. spagyr. recens. p. 192.

lucida ex argento reducto orta esse videtur, quum ipse crystallos refrigeratos ferreo ignito scindendos suaderet (1). Posthac etiam Stahl, de arg. nitr. tractans, tincturam Lunae veram non adesse in apothecis contendit, tincturam coeruleam ex cupro et argento fieri (2); hortaturque medicos, ne adhibeant remedium tam forte, anceps tamen in hydrope, in quo perinde atque in morbis cerebri ab illis, qui eum praecesserant, medicis et praecipue ab supra citato Angelo Sala laudatur.

Boyle combinationem maxime Sal. Nitr. cum arg. nitr. adhibuisse videtur, ut patet e Boerhaavio (3). Is enim argentum hydragogum Boylei vel Angeli Salae, quomodo paretur ex Nitri purissimi et crystallorum arg. nitr. āā ℥j, narrat. Boerhaavius ipse pilularum docet praeparationem ex hoc medicamine. Sumit gr. ij, sacch. gr. vj, past. pan. gr. x., ut formentur catapotia novem. Laudatur a Boerhaavio vis medicaminis ad lumbricos, taenias, ascarides necandas, et in hydropicis, quos »purgans levet sine torminibus.« Schröder (4) pariter sale argenti dicit »hydropicam aquam exsiccari«, et Lemery (5): »Sie erwecken ferner eine »Gährung der Feuchtigkeiten, wenn man diese Krystall- »stückchen einnimmt: daher kommt es, dass sie zur »Purganz durch den Stuhlgang dienen.«

Post commendationem autem Fraseri, qui cum natro phosphor. jubet ex nitrate argenti argentum phos-

---

(1) Ibid. p. 195.

(2) Stahl, mat. med. Dresden 1731. Th. 1. p. 44.

(3) Elem. Chem. Lugd. Batav. 1732. Tom. II. p. III. p. 467. proc. 183.

(4) Pharmacop. universalis. p. 740.

(5) Cours de Chymie. cap. II. D. annot. §. 5.

phor. parari, ejus gr. j — ij dari, diuretici in hydrope(1), ad purgationem et diuresin arg. nitr. non amplius adhibitum est. Contra cerebri morbos denuo medicamen, de quo sermo, Americani et Angli praedicarunt, dum in Germania, excepta medicina Weigelii, quae arg. sulph. continet, nemo fere sal argenti impendebat. Et ex Anglia iterum in Germaniam manavit. Novissimis denique temporibus commendatur arg. nitr. contra Typhum, Choleram etc., qua de re infra plura disseremus.

## §. 2. Praeparatio argenti nitrici.

Nomen arg. nitr. duobus tribuitur medicaminibus, ut omittam solutionem arg. nitr. unius partis in duabus prtt. ac. nitr., quae nominatur Nitras argenti liquidus.

I. Arg. oxydat. nitr. crystallis., s. Nitras arg. crystallis., s. Crystalli Lunares, Argenti, s. Vitriolum Lunae Boerhaavii, s. Fel metallorum, s. Centaurea mineralis etc., optime paratur solvendo argentum purum in ac. nitr., evaporando solutionem supra lenem ignem per tantum temporis spatium, quantum ad crystallos formandos sufficit.

II. Arg. nitr. fusum, s. Nitras argenticus fusus, s. Lapis infernalis, s. Catharticum lunare, s. Magisterium hydragogum, s. Causticum lunare, ex crystallis argenti nitricis efficitur, supra ignem liquefactis. Massa liquida exaestuat, aspectum olei praebens; deinde ab igni remota, anteaquam decomponatur, in formas ferreas, calefactas, oleo inunctas funditur.

## §. 3. Qualitates physicae et chemicae argenti nitrici.

I. Crystalli argenti nitrici, qui formam quadri-

---

(1) Sammlung auserles. Abhandl. z. G. f. pr. Aerzte. 1805, Bd. 23. p. 490.

lateram et sexlateram monstrant, et tabulis et acubus similes proveniunt, systematis omnes bimembris. Sapor metallicus amarus, fastidiosus. Crystalli in calore liquefiunt, in aëre tantum, ubi ac. nitr. adhaeret; calefacti et tangentes corpora, quae facile incenduntur, detonant; luci expositi, partim decomponuntur, nigrum accipientes colorem. Aquam crystallisationis non continent. In aequali aquae frigidae parte, in dimidia coquentis solvuntur, et in quatuor partibus Alcoholis coquentis; in abundante liq. Amm. caust. quantitate solvuntur, in minima sedimentum formatur. Solutiones illae clarae sunt, pellucidae. — Reagunt in solutionem arg. nitr. praecipue: Ac. muriat., ejusque salia solubilia. Tunc in imum descendit arg. muriat., quod, primo album, simili modo atque argentum nitr. luce decomponitur. Ac. hydrothion. compositionem deprimit argenti et sulphuris fusco-nigram. Cuprum vero, hydrargyrum aliaque metalla argentum purum deprimunt.

II. Arg. nitr. fus. bacillos format albidos, qui facile franguntur: et in facie fracturae acus crystallinae ex centro peripheriam petentes apparent. Ceterum fere easdem lapis infernalis qualitates chemicas physicasque, quas crystalli arg. nitr., ostendit.

## §. 4. De corporibus, quae formantur conjungendo arg. nitr. cum materiis organicis.

Conjunctiones istae maximi sunt momenti, et quamquam perpauca modo sunt experimenta instituta, sufficiunt tamen ad graviores inde conclusiones derivandas.

### I. Conjunctiones organicae animales.

Praecipue hoc loco laudandus est Mitscherlich (1).

---

(1) C. G. Mitscherlich, Ueber die Einwirkungen des

In initio ibi exponit, methodum accuratius perscrutandi et ponderandi combinationes arg. nitr. c. materiis organicis nondum esse inventam.

In omnibus quidem arg. salibus solutis, albumine addito, aliquid albi subsidet. Sed in argenti nitrici cum albumine combinatione, materia organica in carbones redacta, simul ac. nitr. decomponitur. Argenti autem sulphurici combinationes organicas explorare possumus, sicut ferri sulphurici et aluminii sulphurici. Ex quo nonne concludere licet, argenti nitrici conjunctiones cum materiis organicis simili modo se habere ac sulphurici? Analysis autem, quam longius expositam l. c. invenies, ostendit, massam, quae subsidet, albumine solutioni arg. sulphur. addito, conjunctionem continere ac. sulph., arg. oxydat. et albuminis, cui insunt arg. sulphur. partes 8,79 centesimae. — 1. Jam quod combinationes arg. nitr. cum materiis organicis attinet, gutta solutionis arg. nitr. dilutae albuminis solutioni addita, massa alba caseosa fundum petit, quae, ubi vas quassas, solvitur, manente adspectu opalescente. Majore salis copia addita, materia depressa nec in aqua solvi potest, nec in ac. muriat., sed tantum in ac. acetic. et in liquore ammon. caust. et Kal. caust. Acido hydrothyon. solutioni aceticae adjecto, arg. sulphur. non deprimitur, sed liquor fuscus fit, clarus tamen. Ubi solutioni ammoniacali ammonium hydrothionicum superadditur, liquor non minus fuscus fit, sed combinatio argenti et sulphuris non deprimitur. Solutioni aceticae acido muriat. dilutissimo adjecto, nil imum petit. Argentum igi-

---

Silbers und der Verbindungen desselben auf den thier. Organism. in der medic. Zeitung v. d. Verein für H. in P. 8te Jahrgang. No. 27. S. 133 sqq.

tur muriaticum, quod formatur, conjunctum cum albumine, in aqua acetica solvitur. Unde recte concludas, novam consociationem factam fuisse, non tantum permixtionem corporis organici cum arg. nitr.

2. Simili modo arg. nitr. cum caseino sese jungit. Lacte solutioni argenti nitrici addito, materia albida fundum petit, quae supra ignem in carbones redigitur, caseinum igitur continens. Ac. acet., kal. caust., Ammon. caust. hanc materiam non plane solvunt.

3. Solutioni glutinis argento nitrico adjecto, nil deprimitur; sed arg. nitr. reagentibus usitatis non cognoscitur. Acido nempe aut ammonio hydrothionico addito, argentum muriaticum fundum non petit, sed liquor fuscus, clarus redditur. Acido muriatico adjecto, argentum muriaticum non deprimitur, sed turbatio quamvis non magna oritur.

## §. 5. II. Conjunctiones arg. nitr. cum materiis vegetabilibus.

Hac in re complures citandos invenio. Jam Dr. Kahleis vidit, nova corpora nasci, argento nitrico infusis, decoctis, aut extractis plantarum addito. Quam ob rem experimentum instituit. Infusis et extractis Gratiolae, Chamomillae et Calendulae arg. nitr. adjecit, quo facto liquor antea clarus sedimentum ostendit. Explorationem nunc continuavit in solutione extr. Chamomillae. Arg. nitr. addito sedimentum formatum est. In liquore, quum sedimentum colando removisset, baryt. muriat. addita, argentum muriaticum non apparuit. Sedimentum autem supra ignem argentum dedit ratione ponderis arg. nitr. adhibiti (1). Jam plura refert Dr. Lom-

---

(1) Hufel. Journal 1829. Bd. 67. St. 3. p. 72. 73

bard (1), qui, primum Angliae medicos vituperans propter arg. nitr. cum micis panis (quibus natr. muriat. inest) mixtum ab iis praescriptum, deinde monet, ne medici compositionem adhibeant c extr. Liquir. aut Valer., quod, quum ipse fecisset, decompositio secuta est. (Citatque hoc loco Sementini, Chevalier, Payen, Casaseca). Contendit Casaseca, argent. nitr. hac compositione in metallum reduci, Sementini vero (2), argentum oxydat. formari, et Chavalier ac Payen argentum oxydat. et compositionem muriaticam secerni. Lombard experimenti causa pilulas fecit gr. iij, singula grana argenti nitrici, et primam gr. ij Extr. Valer., secundam gr. ij Extr. Liquir., et sic sequentes Asae foetidae, pulveris Jr. florent., plv. Liquir., amyli bina semper grana continentes. Quatuor diebus praeterlapsis pilulas dissolvi jussit. Solutio colata, ait Lombard, arg. nitr. continebat; sed, quidquid massae in filtro remanserat, materia extractiva conjuncta cum arg. mur. et arg. oxydat. erat. Liquori enim illi acido nunc muriatico addito, sedimentum secretum est uberrimum ex solutionibus pilularum, quae ex amylo et ex pulv. radic. Liquirit. constitutae fuerant, minus jam in illius, quae ex pulv. Ir. florent., multo minus in illius, quae ex extr. Liquir., fere nihil in illius, quae ex extr. Valer. parata erat. Ejus, quam Asa foetida formaverat, pilulae solutio nihil dedit sedimenti. Ex quibus Lombard argumentatur, arg. nitr. pulveribus minus quam extractis decomponi, et decompositionem minus pendere ex salibus plantarum muriaticis, quam ex

(1) Gazette médicale, Vol. III. No. 70. Paris, August 1822. Magazin f. d. ges. Heilk. v. Rust, Bd. 40. Berlin 1833. p. 147 — 49.

(2) Journal de Pharmacie. VIII. 93.

conjunctione argenti oxydati (nonne nitrici?) cum materia extractiva, quum Ammon. caust. parti non solubili pilularum additum, argentum muriaticum adesse non monstret, et decoloratio extractorum solutorum, illico arg. nitr. admixto exoriens, compositionem argenti oxydati cum materia extractiva indicare videatur. Dublanc junior Lombardii opinionem in eo confirmat, quod decompositio non sequatur, amylo nitrati argenti addito. Jubentibus nempe Mérat et de Lens (1), qui ejus analysi pilulas tradiderant, arg. nitr., sacch. et amylo paratas, arg. nitr. non decompositum esse monstravit. Pilulae autem, quas jam supra memoratus Sementini dare solebat, praecipue cum extr. Graminis (extrait de Chiendent) paratae, decomponuntur sane, ut docuit Caventou (ibid.), sed duorum demum aut trium dierum spatio peracto, et ita tantum, ut opus sit ʒiß extracti ad quantitatem gr. v. Denique allegare licet Doctorem Krahmer (2), qui experimenta analoga illis Doctoris Lombard fecit. Sacch., Amyl., Gumm. mim., Plv. rad. Alth., Mic. pan., Extr. Tarax., Succ. Liquir., Extr. Gent. rubr., Extr. Valer., Op. pur., Camph., Asae foet., cujusque ʒß in totidem vasa cum argenti nitrici granis binis inclusit per 72 horas. Deinde, quaque materia in Aq. destill. ℥j soluta, colata, solutioni cuique addidit ac. muriat. gtt. 1 — 14. Invenitque, omnino non reagere in arg. nitr. Gumm. mim. et pulverem rad. Alth. Parva tantum pars salis propter spissitudinem materiae in filtro remanserat. Parvam aut nullam mutationem efficiunt Sacch., Amyl. et Camphora, multo ma-

(1) Dictionnaire universel de Matière médicale etc. Paris 1829. Tome. 1. p. 403.

(2) Am Schluss der Bemerkungen über d. inn. Anwend. des salpeters. Silb. Schmidt's Jahrb. Bd. 17. 1838. S. 17.

jorem jam mica panis, Extr. Tarax. et Gent. rubrae. Omne arg. nitr. decomponunt Succ. Liquir., Extr. Valer., Op. pur., et Asa foetida. Sed, quid formatum sit, hac de re disquisitiones instituere neglexit Dr. Krahmer. Verum consonant omnino experimenta, modo citata. Amylum et pulveres plantarum minus arg. nitr. decomponunt, quam extracta (Extr. Gramin., Valer., Liquir. etc.). Plane arg. nitricum decomponunt Asa foet. et Op. pur. Conclusionum autem Lombardii et Krahmeri differentiae facile explanantur considerando diversam materiae vegetabilis copiam adhibitam (ille gr. ij, hic ʒß sumsit), quod magni momenti esse ex observatione, a Caventou facta, perspicuum est. Qui autem proponunt, arg. oxydat. aut metall. in hisce combinationibus secerni, nulla hujus rei argumenta afferunt. Reactionem igitur materiae organicae animalis in arg. nitr. contemplando, per analogiam concludendum est: ubi in extractis, micis panis et in al. vegetabilibus adsint conjunctiones muriaticae, ibi arg. mur. formari, quod, ut arg. nitr., non decompositum hoc modo, cum materiis vegetabilibus, praecipue cum materia extractiva se conjungit. Sed quomodo haece conjunctiones in acidum muriat., acid. acet., Kali caust. etc. reagant, et quomodo se habeant eaedem conjunctionibus arg. nitr. cum materiis organicis animalibus additae, his de rebus experimenta plane desunt. Ex modo dictis tamen ista argumentor:

1) Arg. nitr. se consociat certis proportionibus cum materiis organicis animalibus.

2) Harum combinationum nonnullae in aqua, aliae in ac. acet., ac. muriat. et in aliis acidis solvuntur, aliae in Ammon. caust. et Kali caust., aliae omnino non solvuntur.

3) Ac. muriatico combinationibus nonnullis addito,

argentum etiam muriaticum, quod formatur, conjunctum cum materiis organicis animalibus aqua aut acidis solvitur.

4) Exsistunt combinationes arg. nitr. cum materiis organicis vegetabilibus.

5) Multis causis hypothesis probatur, conjunctiones arg. nitr. vegetabiles simili modo, ac conjunct. animales in ac. acet., ac. muriat. etc. reagere.

## §. 6. Quomodo arg. nitr. se habet, corpori humano interne adhibitum?

### I. Num resorptio fiat in usu arg. nitr. externo?

Vidimus supra, praecipue ope acidorum conjunctiones arg. nitr. dissolvi, cum materiis organicis formatas. In superficie corporis externa et in ulceribus adsunt quidem interdum conjunctiones acidae minima copia, saepissime autem desunt. Quam ob rem compositiones ibi oriuntur, quae fere omnino non solvuntur: itaque aut plane non fit resorptio, aut perparva. Quod probatur experimento a C. G. Mitscherlich (1) instituto in cuniculis.

Arg. nitr. gr. XVI in vulnus inspersa sunt. Cuniculus, per nonnullas horas dolores passus, mox vires recuperavit. Quo experimento decies in eadem bestiola repetito per septendecim dierum spatium, novis symptomatis omnino non exorientibus, excepta paralysi unius extremitatis anterioris, uniusque posterioris, et macie permagna: ictu interfecta est. In sectione nil praeter normam inveniebatur in cavis neque thoracis, neque abdominis. Pulmones subfusci, sed ceterum normales. Sub cute corrosiones maximae apparebant. Paralysis autem ex

(1) Med. Zeitung v. d. Verein f. H. in Pr. 8ter Jahrg. p. 135.

corrosione musculorum et nervorum prodierat. Quod experimentum saepius repetitum est eodem successu. Argumentari inde licet, resorptionem et effectum internum parari non posse ex arg. nitr. usu externo, aut tam parvam esse copiam acidis solutam, ut sine effectu in vasa transeat.

## §. 7. Injectio arg. nitr. in venas.

Hac via adhibendi argentum nitr. Orfila (1) in experimentis usus est, quae in bestiis instituit. Videamus, quid ibi efficiatur. Sanguis fibrinam, albumen, caseinum etc. continet. Quomodo in fibrinam agat argentum nitr., nondum exploratum est. Sufficit vero conjunctio cum albumine et caseino, quae solvitur acidis. Sed unicum in sanguine acidum est ac. galacticum; sanguis canium (2), ut et hominis paululum alcalice reagit; et combinatio, quum nil adsit, quod eam solvat, insoluta remanet etc.

Formantur igitur coagula, idque quod solutum manet in aqua injectionis per vasa fertur, sensim sensimque se conjungens cum materiis organicis. Coagula ad cor et inde ad pulmones feruntur. Ibi vasa capillaria obstruuntur, pneumonia partialis oboritur. Inde igitur accessus suffocatorii, respiratio frequens et brevis. Ex irritatione nervi vagi convulsiones sequuntur, vomituritiones, vomitus. Mors celeriter adventat. Serum sanguinolentum e naribus effluere, non est mirum. Nec aliud evenire poterat, quam quod sectio toxicologo videndum praebuit. Partes pulmonum e nigro flavae, corii modo, neque crepitantes, neque natantes. Cor sinistrum re-

(1) Allg. Toxicologie. Nach d. Franz. v. Hermbstaedt. Berlin 1818. 2ter Th. S. 40 — 44.

(2) Cf. Müller, Handbuch der Physiologie. Coblenz 1838. Bd. 1. p. 131.

pleri debuit propter stagnationem sanguinis pulmonalem. Eandem ob causam etiam aorta descendens in uno inter casus ab Orfila observatos minorem monstrare diametrum potuit; quod autem conformatio forsan singularis bestiae fuit, sicut etiam inflammatio tunicae mucosae duodeni, in alio casu inventa, ex arg. nitr. injectionibus non provenisse videtur. Nil igitur docuerunt hae observationes; sed confirmant, quae supra diximus de conjunctionibus arg. nitr. cum materiis organicis.

## §. §. III. Quomodo arg. nitr. se habeat, in ventriculum receptum.

Nil dicam de gargarismatis etc., quum haec ad usum externum pertineant. Solutione arg. nitr. sumta, dentes nigri fiunt. Formantur conjunctiones cum salivae et muci copiis, quibus non sufficientibus corrosio superficialis nasci potest. Longius argenti nitr. cursum prosequentes, solutionem aquosam, conjunctiones organicas, quae praecipue cum salivino, easque, quae forsan in oesophago formantur, ad ventriculum pervenire videmus. Ibi ratione materiarum, quae adsunt, combinationes fiunt cum materiis, aut animalibus, aut vegetabilibus. Sed qui arg. nitr. adhibent in pilulis medici, massam pilularem constituentes ex materiis, quas argentum nitr. decomponere supra demonstravimus, novas jam introducunt conjunctiones. Amylo autem, aut alia materia non decomponente adhibita, pilularum solutione in ventriculo peracta, res eodem modo se habet, ac si arg. nitr. aqua solutum in ventriculum descendit. Formantur combinationes illae. Ex parte autem acidum mur. ventriculi et vegetabilium salia mur. arg. nitr. in arg. mur. transformant, quod similes init cum materiis organicis consociationes. Solvuntur nunc novarum materiarum nonnul-

lac ac. acet., aliae aliis mediis et resorptioni aptae redduntur. Pars autem non soluta, longius producta in intestina, quomodo in bilem, succum pancreaticum et entericum agat, deficientibus omnino hac de re disquisitionibus, persequi non licet. Faeces denique nigri sunt coloris, argenti nitr. continent combinationes.

Majore autem copia salis arg. in ventriculum delata, rem aliter sese habere, apparet. Hic afferenda iterum sunt experimenta ab Orfila instituta (1). Induxit in oesophagi canini foramen artificiale gr. XII. arg. nitr. sicci, folio cartaceo circumvoluta, oesophagumque ligatura circumdedit. Quum, sex dierum spatio interjecto, nil praeter lassitudinem, sitim permagnam et pulsum frequentem in bestia observatum esset, in sectione tunica mucosa ventriculi rubra, obtecta ad cardiam maculis perparvis nigris, per foramina tunicam muscularem non attingentia ortis, inveniebatur. In aliis locis ventriculus crusta tegebatur. In pulmonibus nil abnorme apparebat. Canis alius, gr. XX, in ℥vij aq. dest. soluta, deglutire coactus, post X horae minutas valde ejulavit. Per duas horas magno dolore et lassitudine laborabat. Die sequente appetitus ciborum bonus. Die tertio gr. XXXij in eadem aq. dest. copia data sunt. Post duas horae minutas magnam materiarum mucosarum, mollium, filamentosarum, copiam evomuit, in qua partem ciborum, quos sumserat, cognoscere licuit. Quo vomitu quinquies in XLII minutis repetito, respiratio libera rediit, ejulationibus cessantibus. Die insequente magnam ciborum copiam bestia sumsit. Die quinto per oesophagum perforatum gr.. XXXVI, in ℥iv aq. dest. soluta, injecta sunt. Quo facto per duas horas canis

(1) l. c. p. 44 et 45.

ululavit. Respiratio libera. Postea lassitudo maxima orta est, per diem insequentem durans, cui mors nocturna finem posuit. In sectione tunica mucosa ventriculi pulti similis deprehendebatur, facile demovenda, pone cardiam crustae coloris ex albido grisei, similes illis, quae lapide infern. in vulnus adhibito oriri solent. Tunica mucosa (duodeni, puto etc.), rubore cerasorum praedita, in pluribus locis inflammata fuit, in aliis tenuissima. Pulmones fere non mutati.

Ex quibus omnibus Orfila efficit, arg. nitr. non resorptum, mortem autem provocatam fuisse telarum et corrosione et inflammatione. Idem etiam a Boerhaavio notatum casum narrat pharmacopolae, qui lapide infern. sicco sumto, doloribus vehementissimis cruciatus, gangraena frigida et calida primarum viarum affectus, diem obiit. Nasse (1) cuniculos ne gr. $\frac{1}{16}$ quidem argenti nitr. aqua soluti ferre posse vidit, et sectione instituta, tunicam mucosam ventriculi partim fusco-nigram et facile rumpendam reperit. Unde quidem Krahmer (2) non debebat concludere, argentum nitr. modo veneni sensibilitatem respicientis in cuniculis agere; sed tantum minore quantitate ad corrosionem ventriculi cuniculei, quam canini provocandam opus esse.

Quod Orfilae opinionem attinet, qui resorptionem non factam esse ex experimentis suis argumentatur, quia nil abnorme in pulmonibus inventum sit, haec jam refutatur illis, quae §. 7. et initio hujus §. diximus. Haud dubie parva tantum massa per resorptionem in circulum sanguinis pervenit in secundo experimento. Superficie enim acida secernente et liquores resorbente deleta, quid

---

(1) Horn's Archiv. 1817. p. 546.
(2) Schmidt's Jahrb. XVII. 17.

erat, quod resorberet? Illud autem verum est, magnis argenti nitr. copiis adhibitis (praecipue vacuo ventriculo) inflammationem exoriri et corrosionem.

Quae inflammatio autem magni momenti non est, ut conjicio ex symptomatis, quae usum argenti nitr. externum sequuntur. Neque corrosio, nisi argento nitr. sicco in ventriculum veniente, facile strata profundiora petit, neque facile perforationem ventriculi gignit. Escharam superficialem, ex analogia sequitur, postea solvi et mucosae tunicae partem deletam restitui. Mortem vero argentum nitr. inflammatione et corrosione adducit, sed permagna dosi et potissimum forma sicca adhibitum.

## §. 9. Resorptionis argumenta directa.

Sunt, qui demonstrarint, arg. nitr. interne impensum, decompositum, aut aliis cum materiis combinatum in diversis organis inveniri. Primo autem hic vituperandus est Sobernheim, ubi de casu, a Wedemeyer (1) observato, jam per se valde singulari, verbis etiam magnificentioribus loquitur. Res vero ita se habet. Epilepticus quidam argentum nitr. sumserat, et exinde color cutis coeruleus factus erat. Epilepsia autem evanescente, mox ex hepatis morbo hydrops exortus lethalem adduxit exitum. In sectione organa omnia interna plus minusve coerulea inveniebantur et Brande, pharmacopola aulicus, ex plexu choroideo et pancreate argentum metallicum excoxit, cujus particula apud Wedemeyer asservatur. Sed caveant compendiorum autores, ne ex observatione tali in fidem Sobernheimii miracula componant. Audiamus Sobernheimium (2): »So fand

(1) Med. chir. Zeitung. 1829. Bd. I. p. 305.

(2) Handb. der prakt. Arzneimittellehre. 3te Aufl. Berl. 1840. Th. 2. p. 262.

Wedemeyer ..... im Plexus choroideus und im Pancreas reducirtes Silber.« Et eheu! in alio jam materiae medicae compendio, nescio, utrum verba auctoris Britannici, an Germanici, qui illud in linguam nostram vertit, legimus (1): »Und der (sic) Pankreas und der Plexus choroideus waren mit metallischem Silber bedeckt«! Ipsa autem historia prorsus fabulae loco haberi, quod jam plures graviores autores fecerunt, non posse videtur, quamquam certe debebat Wedemeyer cutem etiam perscrutari (quod quidem aliam ob causam, fortasse parentibus impeditus, facere non potuit): et parva sine dubio est argenti particula, quam in scriniis suis asservat. Sed similia argumenta, resorptum esse sal argenti, Brandes (2) affert, qui in ossibus, cute, aliisque partibus mollibus argent. oxydat. reperit. Quum autem bibliothecis nostris illi desint commentarii diurni, cf. Dierbach (3). Ceterum observationes, quae illud confirment, nondum factae sunt.

Quaestioni nunc magnae respondendum est, unde color ille cutis, saepissime observatus post usum argenti nitr., oriatur. An illa, quae Brandes narrat, controversiam tollant? In nonnullis certe casibus similis color observatus est, argento nitr. non adhibito. Sic femina, quae antea hydrargyrum sumserat, post saltationem maculas nigras in cute sua detexit, imo in indusio suo hydrargyri particulas invenit (4).

---

(1) Vorlesungen üb. Mat. med. v. Jones Pereira. Deutsch bearbeitet und mit Zusätzen von Dr. Fr J. Behrend. Leipzig 1838. Th. I. p. 745

(2) Quarterly Journal of science. 1831 (1830?)

(3) Die neuesten Entdeckungen in der mat. med. Heidelb. u. Leipzig 1837. I. 526.

(4) Brückmann, Horn's Archiv. Jul. Aug. 1810. p. 253.

Qui fuco se illinere solent, ex plumbo oxydat. parato, simulque aquam sulphurat. sumunt, griseo-nigrum buccarum colorem accipere dicuntur (1). J. Frank narrat, feminae cuidam, quum ferrum limatum sumsisset, quotidie tibialia, quae induerat, nigra reddita esse (2). Strack post febres intermittentes colorem in corporibus valde flavum, aut e flavo nigrum oriri vidit (3), quod quidem, quum saepe hepatis affectiones cum intermittentibus conjunctae sint, ex pigmento bilis evenire potuit. Sed nonne fortasse ex aliis medicaminibus, quorum actio in materias organicas nondum explorata est, simili modo color cutis mutatur? Nonne in casibus rarioribus alia causa fere idem efficere potest? Casum allegemus illius feminae, quae, ut Le Cat (4) narrat, in graviditate aut spasmis, aut colore nigro affecta fuit. Et duae fortasse simul adfuerunt causae in casu unico, ab Albers (5) observato, in quo color, argenti nitr. usu exortus, tempore mensium adauctus est, et brachiis in altum erectis, fere evanuit. Sed quum resorptionem fieri jam ex supra dictis eluceat (§. 8.), quum Brandes in cute, et idem cum aliis in nonnullis organis internis argenti combinationem adesse probarit, quum denique videamus, combinationes argenti nitr. et aliorum argenti salium cum materiis organicis luci expositas colorem illum, aut similem adipisci: nonne haec omnia nos inducunt, ut argenti nitr., aut alius salis argentici cum materiis organicis combinationes in cute esse putemus, quae aut ipsae per sanguinem

(1) Ibid. 1817. Mai, Jun. p. 550.

(2) Gruithuisen's Organozoonomie. p. 32.

(3) Observat. de febr. intermitt. Vol. III. c. 2.

(4) Traité de la couleur humaine. Amsterd. 1765. p. 136.

(5) Med. chir. Transact. Vol. VII. p. I. pag. 284. — Sammlung auserlesen. Abh. etc. Bd. XXVI. p. 363.

ad superficiem ductae, aut ibi demum de novo formatae sint? Certe eorum sententia omnino erit rejicienda, qui motum cellularem in auxilium vocant, quo argenti puri particulae usque ad cutem perducantur (L. W. Sachs). Multum quoque ii falluntur, qui cumulatione pigmenti, aut nimia sanguinis carbonisatione per argentum nitr. facta (quum tamen absint molestiae respirationis), hunc colorem ex sanguine nasci censent.

Sedes autem coloris in tela Malpighii est: fonticulo enim posito, aut vesicantibus adhibitis profundius agentibus, cicatrices et cutis nova colore nigro praeditae non sunt. Vir, a Weigelii medicina nigrefactus, magnam cutis partem e facie fortuito sibi detundens, postea albidus hoc loco factus est (1).

## §. 10. Actio argenti nitrici.

### A. In tubum digestivum.

I. Molestiae ventriculi. Saepissime parvas hujus medicaminis doses bene fert ventriculus; sed sunt, qui observarint, nonnullis hominibus idiosyncrasiam contra arg. nitr. inesse, uti narrant v. gr. Mérat et de Lens (2). Vogt arg. nitr. ait, ad gr. $\beta$ pro dosi, sensum caloris fugacem, saepe conjunctum cum dolore ventriculi et vomituritionibus elicere (3). Fere idem Powell vidit, praecipue in hystericis (4) etc. Charles Lever post maximas doses, in Cholera adhibitas, die post calorem quendam et sensum trahentem in regione epi-

---

(1) Baldinger, N. Magazin. Bd. VII. St. 2. p. 113.

(2) l. c. p. 401.

(3) Richter, ausführliche Arzneimittellehre. Berlin 1829. Bd. IV. p. 422.

(4) Med. Transact. publ. by the Coll of the phys. of Lond. Vol. IV. p. 85. — Samml. auserles. Abh. etc. Bd. XXV. p. 179.

gastr. observavit (1). Plures autem, dosi sensim sensimque adaucta, magnam postea sine molestia dosin sumere possunt. Powell nempe (l. c.) interdum dosin ad gr. xvj per diem adauxit. Aliique similia viderunt.

II. Gastritidem magna dosi argenti nitr., maxime forma sicca adhibita, evadere posse, quam gangraena et mors sequatur, et ex supra (§. 8.) narratis experimentis apparet, et ex casu illo Boerhaavii.

III. Actio purgans (irritatione forsan cryptarum mucosarum) jam ex iis satis elucet, quae in §. 1. dixi. Addere possum, quod Fodéré (2) ait, argent. nitr., cum sal. nitr. conjunctum, vehementer purgare. Qua de re cfr. etiam Krahmer (3). Nec minus Lombard vim purgantem conspexit etiam minimarum dosium in 24 casibus quinquies (4), pariterque Badeley (5) et alii.

IV. Actio tonica et depressio sensibilitatis nimiae. Qua de re cfr. Krüger (6). Hanc autem actionem praecipue statuunt medici, qui bonum argenti nitr. effectum viderunt in ventriculi affectionibus etc., de quibus postea disseram.

V. Haematemesis a Nasse (l. c.) observata est post usum argenti nitr., a Roberts autem »intestinal hemorrhages (7).« Moodie et Carlisle animadverterunt similia (8). Sed effectus num necessario inde ortus esse debet?

---

(1) Liverp. Journ. 1834. — Schmidt's Jahrb. Bd. V. p. 284.
(2) Méd. lég. IV. 163.
(3) Schmidt's Jahrb. XVII. 17.
(4) Rust's Magazin. XL. 150.
(5) Sammlung auserles Abh. etc. Bd. XXVII. p. 746.
(6) Schmidt's Jahrb. 1842. p. 11.
(7) Med. Trans. publ. by the coll. of phys. Lond. Vol. V. p. 468.
(8) cf. Schmidt's Jahrb. XVII. 17.

### B. Systema uropoëticum.

VI. Actio diuretica. Hanc inprimis citatam invenio ab Stahlio (1), qui quidem ipse eam non vidit. Ab Angelo Sala haec medicaminis actio laudatur (vide infra VII.). Hac de re nil, nec in Boerhaavio nec in Swietenio reperio. Sed, quum a nonnullis haec actio argenti nitr. afferatur, non parvi momenti est, quod pharmacopoea Anglica saeculi praecedentis de eadem dicit: argentum nitr. scilicet diureticum hydragogum esse, sed opus esse conjunctione cum remedio roborante, maxime cum Roob Juniperi: quibus medicaminibus una adhibitis, non mireris, effectum diureticum observatum esse. Mérat et de Lens (l. c.) Hallium referunt, semel post argenti nitr. usum urinae fluxum animadvertisse.

### C. Actio in pulmones.

VII. Vis expectorans. Qua de re Angelus Sala ita loquitur (2): «Cerebrum partim per os, partim per «nares purgat, pectoris et pulmonis organa per expui«tionem mundificat, ut verbo totum comprehendam . . . «universum opus ab omni superflua humiditate per se»cessum et urinam absque stomachi dolore et intesti»norum torminibus brevi liberat« etc. »Dosis est gr. «V — VIII, pro vice, ut exigit necessitas.» Cui rei, cum non satis confirmata sit, equidem quod ad vim spectat expectorantem, nec addam, nec demam quidquam.

VIII. Hic, ne quid omittam, allegandus erit casus, in quo Lombard haemoptoën videbat, post usum argent. nitr. (3). Quam, quum medici alii non conspexe-

---

(1) l. c. p. 42.

(2) l. c. pag. 197.

(3) l. c. p. 151.

rint, qui remedium, de quo sermo, ultimis temporibus saepius adhibuerunt, fortuito factam esse crediderim.

D. Systema vasorum.

IX. Congestiones. Hac de re inter se litigent auctores. «Hall a vu deux fois des vertiges, une cécité passagère,» Mérat et de Lens ajunt (1). Lombard contra (2): «die grösste Zahl unserer Fallsüchtigen verloren ihre rothe Gesichtsfarbe, so dass mehrere grade «bleich wurden; und andere ihren Schwindel verloren, «dem sie häufig unterworfen waren.» Graves vero vertiginem et cephalaeam usum argenti nitr. sequi vidit (3).

E. Systema nervosum.

Quomodo agat argentum nitricum in sanandis morbis epilepticis, in chorea Sti. Viti etc., hac de re hypothesium magnam copiam afferre possem. Quarum nonnullas tantum promere liceat, mihique ipsi permittas abstinere manum a phraseon formularumque multitudine adaugenda. Vogt (4) ex anxietate respiratoria bestiarum ab Orfila venenatarum (§ 7.), et ex bono eventu arg. nitr adhibiti in tremore cordis etc. (§. 11.), concludit argent. nitr. potissimum agere in nervum pneumogastricum et in ganglia superiora, sicut alia metalla, Zincum, v. gr. et Cuprum in plexum solarem agere soleant. Sed ea, quae in §. 7 diximus, adeas, ubi argumenta attulimus, argentum nitr. causam quidem esse anxietatis illius, sed vi mechanica. Quibus etiam hypothesis illa refutatur. Lombard (5) argentum nitr. congestiones, inquit,

---

(1) l. c. p. 400.
(2) l. c. p. 157.
(3) The London med. Journ. Febr. 1833.
Behrends Journal. Juni 1833. p. 218.
(4) Pharmakodyn. 2te Aufl. Bd. 1. p. 324.
(5) l. c. p. 157.

tollere et circulo sanguinis aequilibrium solitum restituere, verisimile est. Quod num verum sit, quum alii contrarium viderint (cf. §. 10. D. IX.). affirmare non ausim. Richtero (1) verisimile videtur, argentum nitr. iis praeparatis metallicis adnumerandum esse, quae systema nervosum reproductionis afficiant, neque ad hunc effectum producendum resorptione opus esse, quod quidem ex Orfilae experimentis, nil hac in re probantibus (§. 7 et 8.), conclusit. Nempe addit: Orfila etc. p. 40. Sed satis superque hypotheseon, et, quamvis verba, quae mox citabo, rem magis perspicuam reddere non possint, tamen medicis sufficiat, non nova nomina reperire velle, sed argentum nitr. simpliciter vocare antispasmodicum, sensibilitatem deprimens etc.

F. Actio in cutem.

Color cutis.

Hujusce de phaenomeni causa et sede jam supra locutus sum (§. 9.). Superest, ut testes afferam, qui hunc colorem viderunt. Inter permultos liceat citare Swediaur (2); Baldinger (3), apud quem colorem illum post medicamen Weigelii (quod arg. sulphur. continebat) obortum esse testes allegantur; Goldson (4); Albers (5); Roget (6); Badeley (7); Butini (8);

---

(1) l. c. p. 42.

(2) Fourcroy, Méd. éclair. par les sc. phys. Tom. I. p 342. Thornton, Ueber die Natur der Gesundh. u. d. Ges des Nerven- u. Muskel-Syst. A. d. Engl. v. Roose. Gött. 1801.

(3) N. Magazin. Bd. VII. St. 2 p. 111.

(4) Revue méd. Juin 1826. §. 506.

(5) Sammlung auserlesener Abh. XXVI. p. 363.

(6) Ibid. p. 367.

(7) Ibid. XXVII. p. 743.

(8) Diss. de usu int. praepar. arg. Monsp. 1815. 4.

Lombard (1) semel tantum hoc phaenomenon vidit in femina, quae jam sex annis ante arg. nitr. sumserat, et quae sibi ipsa mortem adscivit, nimio moerore affecta propter colorem intolerabilem. Idem color ortus est post ℥v. grx. (2), idem post ℥jß (3) etc. Cf. Wedemeyer (l. c.). Parisiis idem in nosocomio St. Louis cernebant medici (4), idem in nosocomio Caritatis Berolinensi (5).

Unde sequitur:

Color nigro-griseus, argenti nitr. usu, per longum tempus continuato (per annum dimidium et longius), interdum productus, s. Chloasma metallicum, s. argenteum; s. Argyria (Fuchs), Teinte bronzée ou ardoisée de la peau (Rayer) sensim sensimque oritur primo in partibus, luci expositis, in galea capitis, in facie, in ipsa conjunctiva bulbi, in collo, in manibus. Deinde etiam tota corporis superficies colore imbuitur. Affectus psychici, qui ruborem in sanis provocant, pallorem, qui vero pallorem, colorem profundiorem efficere dicuntur (Cazenave) (6). De cicatricibus etc. cf. §. 9, finis.

§. 11. Breviter nunc enumerandi morbi, in quibus argenti nitr. usus internus (Dysenteriam igitur, uteri morbos etc. omittam) maxime laudatus est. Plura, si citatos comparare velis libros, invenies.

---

(1) l. c. p. 152.

(2) Hufel. Journ. Bd. LIX. St. 1. p. 111.

(3) Horns Archiv 1824. p. 297.

(4) Rusts Magazin, Bd. VI. p. 152.

(5) Schmidts Jahrb. XII. 84.

(6) Handb. der wundärztlichen Klin. v. Dr. Gustav Meyer. Berlin 1841. Bd. II. p. 312.

I. Affectiones ventriculi. Autenrieth (1) argentum nitr. in Cardialgia commendat, exorta aut ex scabie suppressa, aut ex arthritide aut ex induratione, scirrhum minante; in scirrho ipso remedium palliativum esse contendit, dolorem acidumque demere (arg. nitr. gr. j in ℥vj — vii). Johnson in nimia ventriculi sensibilitate (2) argentum nitr. laudat (gr. ß — j ad vesp.), forma pilul. cum extr. amaris, resolventibus adhibendum. Diaeta strenuissima esto. Ex hisce remediis cuinam bonus eventus adscribendus? Rueff, medicus Buehliensis (3) argentum nitr. in gastralgia ex morbis renum, hepatis, ex arthritide ortis, in gastritide chronica et in degenerationibus ventriculi adhibere solebat (pilul. cum extr. Tarax. et plv. Ir. flor. parari jubet). In hepatis affectionibus acutis omnino non, et in gastralgia ex suppuratione renum orta initio tantum arg. nitr. dedit. In vomitu infantum nervoso arg. nitr. bonum exitum producere adfirmat (gr. ß in ℥j). Dr. Steinitz (4) arg. nitr. (c. extr. Tarax. et plv. rad. Liquir.) in gastralgia nervosa, praecipue feminarum gracilium dare solet. Hudson arg. nitr. in gastralgia et pyrosi commendat (5).

II. Affectiones intestinorum.

In Helminthiasi Boerhaavius (cfr. §. 1.)

---

(1) Mueller praesid. Autenrieth diss. de usu arg. nitr. in morbis ventriculi. Tubing. 1829. — Hohnbaum und Jahn medic. Correspondenzbl. N. 24. 1830. p. 212.

(2) Versuch über die wicht. und häuf Verdauungsbeschwerden a. d. Engl. übers. v. Roth 2te Aufl. München 1831.

(3) Heidelb. medic. Annal. Bd. 11. p. 58—73.

(4) Medic. Zeitung v. d. Verein f. H. in Pr. 1837. No. 40. Schmidts Jahrb. XVII. 23.

(5) Organ f. d. ges. Heilk. Bonn 1840 Bd 1. p. 95.

arg. nitr. laudat. Born (1) permagnam ascaridum multitudinem alvo depositam esse post usum argenti nitr. narrat. In Colica saturnina argentum nitr. bono successu se usum esse Roberts (2) refert.

In diarrhoea phthisicorum incipiente, ubi nondum adsit suppuratio, Graves (3) argentum nitr. Cretae, Opii, Chinae usui praeferendum esse contendit, cum sudores non supprimat (gr. j p. d. ter quater per diem). Friedreich (4) in diarrhoea phthisicorum colliquativa idem praedicat.

In diarrhoea ablactatorum (Gastromalacia) Hirsch (5) arg. nitr. (gr. ¼ in ℥ij aq. dest. cum gumm. mim. et sacch., bihor. cochlear parv.) commendat. In scirrho duodeni et coli transversi Rueff (l. c.) argent. nitr. remedium calmans esse arbitratur.

In Cholera Charles Lever (6) in fidem Hartii, qui inde prosperum viderat eventum, saepius arg. nitr. dedit (gr. x—xx in ℥j—iij aq. dest. p. d.). Aegroti illico parvam massarum albidarum quantitatem evomentes, vomitu deinde omnino cessante, vitam servarunt. In nosocomio, ubi medici arg. nitr. dederant, ex 13 Cholera affectis sex, ubi vero alia adhibuerant remedia, ex 30 diem supremum 26 obierunt. Kalt etiam (7), cui haec non nota erant, bonum eventum in epidemiis Cholerae ex arg. nitr. exspectat.

---

(1) Hufel. Journ. Bd. XLV. St. 1. §. 93.

(2) Med. Transact. publ. by the coll. of phys. London. Vol. V. p. 468. — Horns Archiv 1817. p. 547.

(3) The London med. Journ. Febr. 1833.

(4) Allg. med. Zeit. Jan. 1835. — Schmidt's Jahrb. VIII. p. 27.

(5) Schmidt's Jahrb. XXVIII. p. 193.

(6) Liverpool Journ. Juli 1834. — Schmidt's Annal. Bd. V. p. 284.

(7) Organ für gesammte Heilkunde. Bonn 1840. Bd. I. p. 95.

In Dothienenteritide Boudin(1) aut clysmatibus (gr. ij—viij in aq. dest. ℥vj tot. aut dos. refract) aut pilulis (arg. nitr. cryst. gr. vj, q. s. aq. dest. et Gumm. Tragac. aut Amyl. ad form. pilul. No. XII. semihor. pilulam) uti solet, illis, ubi inferiores, his, ubi superiores tractus intestinalis partes affectae videntur. Interdum etiam pilulas una cum clysmatibus adhibuit. Sectio duorum ex 50, in quibus haec adhibuerat medicamina, incipientem ulcerum cicatrisationem, colorem griseo-clarum intestinorum tenuis et crassi monstravit, ita ut clysmatum effectus supra valvulam Bauhini se extenderet. Similia Kalt (2) observavit, qui ex 22, quibus arg. nitr. aut in clysmate aut interne (gr. ij—vj in decct. Salep. ℥vj semihor. ad trihor. cochlear) praescripserat, unum morte perdidit, permulta, ubi haec narrat, tractans de electricitate etc. Hirsch in eodem morbo arg. nitr. bono successu se dedisse refert (3).

III. Diabetes. Casum unicum diabetae conjuncti cum convulsionibus, arg. nitr. sanati, Newnham (4) refert. Dedit autem pilul. ex arg. nitr., ex rheo et Bellad.; unde bonus successus?

IV. Syphilis. Homo confusi ingenii Sobernheim (l. c.) narrat, Serre argentum nitr.: »gegen degenerirte Syphilis« (ipsam syphilidem degenerari posse nego) adhibuisse, quod duplici modo falsum esse, hic monendum. Serre enim arg. muriat., hydrocyan., hy-

---

(1) Gaz. méd. de Paris. 1836. No. 51. — Schmidt's Jahrb. XV. p. 274 u. 75.

(2) Organ. f. d. ges. Heilk. Bonn 1840. Bd I. p. 83–96.

(3) Hufel. Journ. 1840. St. IV. Schmidts Jahrb. XXVIII. p. 193.

(4) Dict. univers. de mat. méd. etc. par Mérat et de Lens. Paris 1829. Tom. 1. p. 399.

drojod. etc. adhibuit (1). Wise (2) in fluore albo arg. nitr. laudat (gr. $\frac{1}{12}$ ter per diem).

Hahnemann arg. nitr. specificum contra Mercurialismum esse remedium contendit.

V. In hydrope arg. nitr. impenderunt Angelus Sala, Boyle, Schroeder, Lemery, Boerhaave, van Swieten (cfr. §. 1), fortasse Paracelsus (3); et in eodem morbo, theoriam suam sequens, arg. nitr. commendat Dreyer (4).

VI. Systema nervosum.

In epilepsia permagna laudatorum multitudo. Ut omittam Angelum Salam (qui in morbis cerebri arg. nitr. praescribendum esse dicit, cfr. §. 1.) Weigeliumque (cujus guttae argent. sulphur. continent), argentum nitr. in epilepsia laudant: Sims (5), Cappe (6), Bostock, Hull, Kinglake (7), Mudin (8), Cooke (9), qui Wilson, Sims, Cappe, Baillie, Harrison, Roget, Johnson testes affert, Sauchier (10), Gaulay (11), Portal (12), Fouquier (13), Butini (l. c.),

---

(1) Bulletin de thér. T. XI livr. 4. — Schmidts Jahrb. Bd. XV. p. 7.

(2) The new England Journ. of med. and surg. etc. New Series. Vol. IV p. 182. — Med chir. Zeitung. 1823 I. 101.

(3) Cfr. Kahleis Hufel Journ. 1829 März. p. 63—76.

(4) Schmidt's Jahrb. XXVI. p. 147.

(5) Mem. of the med. society of Lond. Vol. IV. § 379.

(6) Duncan's Annal. of med. 1798. p. 56.

(7) Kühn's phys. med. Journ. 1800. p. 169.

(8) Ibid. p. 456.

(9) History and method of the cure of the various species of Epilepsy etc. 1823. — Med. chir. Zeitung. 1824. I. No. 4. p. 49.

(10) Annal. de la soc. de méd. de Montp. T. VII. p. II. pg. 301.

(11) Ibid Tom. XVII. p. 182.

(12) Beobachtungen üb. d. Nat. u. Behandl. d. Epil. Aus d. Franz. m. Zus. v. Hille. 1828.

(13) Dictionn. d. scienc. méd. Tom. XXXVII. §. 120.

Mérat et de Lens (1), Gaëtano (2), Lombard (l. c.), Parent (3), Heim, med. Heim frater (4), Nord (5) (in epilepsia cum mania conjuncta gr. ʒ ad gr. xv per diem), Born (6), Schaeffer (7), Pitschaft (8), Loebenstein-Loebel (9), Klasz (10), Jahn (11), Krüger (12), Joël (13), in nosocom. Caritatis Berolin. (14), (in epilepsia ex onania), Kahleis (l. c.), (qui praecipitatum ex decoct. rad. Artemis., arg. nitr. addito, formatum, exsiccatum, praescripsit), Balardini (15), Sementini (16).

Alii arg. nitr. laude dignum non semper, aut omnino non esse contendunt. Ita Kinglake (17), Lichtenstein (18), medici nosocomiorum Salpetrière et

---

(1) Ibid. XXXVI. §. 119.

(2) Journ. d. chimie méd. III. p. 385.

(3) Biblioth. méd. LXIV. §. 211.

(4) Allg. Anz. d. Deutsch. 1806. Nr. 297. p. 3587.

(5) Mediz. Nationalzeit. 1798. p. 206.

(6) Hufel. Journ. Bd. XLV. St. 1. p. 93.

(7) Ibid. Bd. XLVIII. St. 1. p. 43. Bd. LI. St. 1. p. 69.

(8) Ibid. Bd. LI. St. 3. p. 54.

(9) Wesen u. Heil. d. Epil. p. 243.

(10) Kausch, Mem. d. Heilk. Bd. III. 1819. p. 192.

(11) Arzneimittellehre, 4te Auflag. Bd. I. p. 757. — Ejusd. Klinik d. chron. Krankheit. Bd. I. p. 283

(12) Horn's Archiv. März, April. 1823. p. 244.

(13) Ibid. 1824. Nov. Dec. p. 465.

(14) Schmidt's Jahrb. XII. 84.

(15) Omodei, Annal. di medic. 1826. p. 41. — Hecker's litter. Ann. Bd. VII. p. 70.

(16) Nuovi Commentari di med. et chir. pubblic. di Brera. Jul. Ott. 1820. No. 6.

(17) Med. and phys. Journ. Mai 1801. §. 435.

(18) Biblioth. méd. LXIX. 252.

Charité (1), Thilenius (2), Hille (3), J. Frank (4), Richter (l. c.)

In Chorea St. Viti arg. nitr. commendant Franklyn (5) (gr. iij per diem et quotidie superfusio frigida), Bruce (6), Pitschaft (7) (gr. β per diem), Priou (8), Powell (9). Contra Lombard (10) secundum hoc in morbo eventum (gr. iij. adhibitis) non vidit.

In Angina pectoris arg. nitr. laudatur ab Harder (11), Cappe (in dyspnoea etiam), Jurine (12), Zipp (13) (una cum inunctionibus tart. stib.). Vogt (14) in ejusmodi casibus arg. nitr. fortasse remedium princeps esse contendit.

In molestiis asthmaticis (ubi causa lateat) arg. nitr. adhibendum suadet Sementini (15). Spasmum pectoris Olzewsky (16) ($\frac{1}{30}$ gr. p. d.) argenti

---

(1) cf. Mérat et de Lens, l. c. p. 401.

(2) Med. chir. Bemerk. 1814. cap. Epilepsie.

(3) Portal, Beobachtungen etc. p. 457.

(4) Praxis medica univ. praec. p. II. Vol. I. Sect. II. §. 411.

(5) Med. and phys. Journ. publ. by Fothergill. 1815. April.

(6) Med. chir. Transact. publ. by the med. chir. society of London. 1818. Vol. I. p. 1.

(7) Hufel. Journ. LI. St. 3. p. 54.

(8) Journ. géner. de médec. Vol. LXXXVII. p. 299. — Gerson und Julius Magazin Bd. II. p. 112.

(9) Med. Transact. publ. by the coll. of the phys. of Lond. Vol. IV. 1813. p. 85. — Samml. auserl. Abh. Bd. XXV. p. 179.

(10) Rust's Magazin. Bd. XL. 160.

(11) Petersburg. verm. Abh. Bd. IV. No. 11.

(12) Mérat et de Lens, l. c. p. 402.

(13) Hufel. Journ. Supplementbd. 1825. p. 46.

(14) Pharmakodynamik. 2te Aufl. Bd. I. p. 326.

(15) Nuovi Commentari di med. et chir. pubblic. di Brera. etc. Jul. Ott. 1820. No. 6.

(16) Schmidt's Jahrb. XXV. 373.

nitrici gr. iv devicit. Tremore et palpitationibus cordis laborantes Schneider (1) arg. nitr. (gr. j in aq. aromat. ℥ij per diem bis ad quater cochlear parvum) sanavit.

Hystericas sanari posse argento nitrico, referunt Cappe (2), Mérat et de Lens (l. c.), Kewenter (ibid.), Tinelli (3) (simul adfuit paralysis); paralyses, hemiplegiam, dolorem maxillae (prosopalgiam?) et optimo eventu saepius tremorem artuum (non hydrargyri usu productum) arg. nitr. aut plane devicit Lombard (4), aut statum meliorem reddidit. Ab Halle (5) in cephalaea nervosa et ab aliis etiam in neuralgiis facialibus arg. nitr. laetus successus observatus est. In variis etiam convulsionibus Powell (6) arg. nitr. commendat. Krüger (7) hypochondriacum argent. nitr. sanavit.

In Hydrophobia bonum eventum ex usu argenti nitr. exspectat Dreyer (8).

---

De modo adhibendi argentum nitr. in diversis illis morbis criticen amplam statuere, animus esse non potuit, cum observationum institutarum numerus nondum sufficiat, illis exceptis, quas viri doctissimi de usu arg. nitr. in epilepsia aliisque morbis nervosis retulerunt (9).

---

(1) ibid. XVII. 154. — Hufel. Journ. 1837. St. 2.

(2) Mérat et de Lens, l. c. p. 402.

(3) Schmidt's Jahrb. XII. 57.

(4) l. c. p. 159. u. 60.

(5) Mérat et de Lens, l. c. p. 402.

(6) Med. Transact. publ. by the coll. etc. Vol. IV. p. 85. — Samml. auserles. Abh. etc. Bd. XXV. p. 179.

(7) Schmidt's Jahrb. 1842. p. 11.

(8) Ibid. XXVI. p. 148.

(9) Cfr. Richter l. c., quo duce tot tantorumque auctorum observationes comparare licuit.

Sed cum casus illi non satis accurate descripti sint, arg. nitr. in morbis hujus generis, remedii specifici loco tantum habendum erit, tunc demum adhibendi, ubi causa morbi non satis patet. Tamen sunt autores non despiciendi, qui illud laudaverint.

Sed, ut de effectu arg. nitr. in morbis tubi digestivi multa verba facerem, eo minus necessitas urgebat. quo fusius exposita principia in §§. 4, 5, 8, 10 invenienda sint.

§. 12. Quod dosin et formam praescribendi attinet, ex his, quae supra disserui, jam satis patet, arg. nitr. a minima grani fractione (v. gr. $\frac{1}{10}$) usque ad gr. xx. p. d. datum fuisse. Etiam caute incipiens dosibus perparvis ($\frac{1}{8}$ gr. p. d.), mox dosin granorum plurium adhibere audeas. Sed tamen, ne diutius (per annum dimidium, nec amplius) arg. nitr. usurpes, coloris sis grisei memor! Ne nigri fiant dentes, forma pilularis praeferenda (nisi in Cholera). Nec admiscendae substantiae decomponentes; etsi enim arg. nitr., etiam decompositum, effectum habuerit, (cfr. §. 11. VI) tamen Sementini (1) non approbandus, qui arg. nitr., cum massa pilulari fortiter triturandum suadet, (quum de solubilitate combinationum arg. nitr. cum materiis vegetabilibus experimenta adhuc desint). Et medici arg. nitr. cryst. lapidi infern. praeferant, quippe qui saepius Cupri oxydat., aut argenti reducti aliquid contineat.

§. 13. Superest, ut de modo curandi duos effectus arg. nitr. usu productos aliquid dicamus, de venenatione, quid adhibendum sit, et de colore cutis, num via medendi exsistat.

1. Venenatio. Orfila (1) tunicam mucosam

---

(1) Journ. de Pharm. VIII. 93.

(2) l. c. p. 48. 49.

immutatam post quatuor dies invenit, quum bestiae gr. xxxvi arg. nitr. soluti in ℥j aq. dest. una cum natr. muriat. ʒij injecisset. In alia vero bestia, cui unum liquorem post alterum injecit, quinque diebus post idem reperit. Inde concludit, natrum mur. antidotum esse arg. nitr. Sed experimenta in aliis animalibus ad comparandum effectum non instituit. Nam in duobus aliis experimentis primum dedit arg. nitr. siccum, in secundo vero casu gr. xxxvi solut., sed cum ventriculus jam LII granis datis affectus esset. Sin autem concedimus, arg. mur., cum materiis organicis combinatum minus solubile esse, tamen sine dubio, ut e supra dictis elucet, melius albumen dabis, quod jam Tite Harmand de Montgarny (1) suadet. Albumine deficiente, addere possumus, detur quidquid praesto erit materiarum organicarum. Nam praecipue cavendum est, ne arg. nitr. telas ventriculi corrodat, sed magis videndum, ut cum aliis materiis organicis sese conjungat. Num postea per alvum massa deponatur an resorbeatur, nihil interest. Nam permagna argenti nitr. combinationum copia, semel tantum adhibita et resorpta, nihil adhuc incommodi inde orti observatum est. Inflammationem orientem antiphlogisticis remediis debellandam esse, patet.

2. Color cutis. Nasse (2) salutarem contra hunc colorem effectum exspectat ex polo desoxydante, negativo columnae Voltaicae, quo saepius faciei superficies, deinde ceterae corporis partes, tangendae sint. At experimenta desunt. Sachs balnea tepida repetita commendat, sed se bonum inde effectum vidisse non retulit. Lombard (3) saepius per aliquod temporis spatium arg. nitr. seponendum suadet; tamen unum casum,

(1) Essai de Toxicol. 1818.

(2) Horns Arch. Mai, Juni, p. 552.

(3) l. c. p. 161.

in quo colorem ex remedio sequentem vidit, in femina observavit, quae jam sex annis ante idem remedium sumserat (1). Sed risum teneatis: optimum remedium, quo impedias, ne color exoriatur, referunt **Butini** et **Sementini**, quos **Mérat** et **de Lens** sequuntur (2), dicentes: «Pour le prévenir, peut-être serait-il bon d'adopter la «précaution, indiquée par Mr. **Butini** et depuis par «Mr. **Sementini**, celle de se couvrir le visage et les «mains pendant tout le traitement, l'action de la lu«mière paraissant être pour beaucoup dans la produ«ction de ce redoutable phénomène.» Cuinam autem hoc placuerit aegroto? Qui, quum saepius post curam finitam hic color oriatur, per totam vitam obtegere deberet faciem manusque. Ratio medendi chemicis inniti debet principiis. Remedium solubile quaeratur, quod in balneo tepido adhibitum conjunctiones illas subcutaneas decomponat, ita tamen, ut argenti nitr. conjunctiones, cum materiis organicis formatae, album colorem habeant. **Ure** (3) laetum se vidisse effectum contendit post lotiones nitricas. (Ac. nitr. dil. ℥j. in mensura dcct. hordei).

(1) ibid. p. 152.
(2) l. c. p. 404.
(3) Handb. d. wundärztlichen Klin. v. **Meyer**, l. c.

---

## VITA.

Natus sum ego, **Christianus Dietericus Augustus Focke**, Sedini die V m. Septembr. a. MDCCCXX, **Carolo Focke**, consiliario regiminis regii supremi, et **Agnesa** e gente **Sack**, parentibus. Fidem confiteor evangelicam. Primis literarum elementis in Gymnasio Sedinensi pluribusque scholis imbutus, Lignitii inter academiae equestris alumnos receptus sum. Quum autem pater carissimus, domicilium iterum mutare jussus, Confluentes se conferret, ibi in Gymnasii Jesuitici primum ordinem receptus, ornatus vero maturitatis testimonio anno post dimissus sum. Artis medendi studio me dediturus, initio semestris aestivi anni MDCCCXXXVIII a **Boeckhio**, V. III., tum temporis rectore magnifico, in civium literarum universitatis regiae

Berolinensis numerum relatus sum. Qua duobus annis post relicta, Bonnam petii. Ibique, quum a Goldfussio, V. Ill, in civium numerum academicorum receptus, annum unum et dimidium versatus essem, Berolinum redii, meque ad jusjurandum adegit Ill. Dieterici. Audivi scholas hasce:

I. Philosophicas:

Logicen et metaphysicen apud Ill. Trendelenburg; philosophiam naturalem et anthropologiam apud Ill. Steffens et apud Ill. Nasse; historiam naturalem et botanicen apud Ill. Link, mineralogiam apud Ill. Weiss, zoologiam et exercitationes zoologicas apud Ill. Lichtenstein, chemicen apud Ill. Mitscherlich, physicen apud Cel Schubarth; Atmosphaerologiam et climatologiam apud Cel. Dove.

II. Medicas:

Encyclopaediam apud Ill. Hecker; osteologiam et syndesmologiam apud Ill Schlemm; anatomiam specialem et organorum sensuum apud Ill. Müller; artem cadavera rite dissecandi bis apud Ill. Müller et Ill. Schlemm; anatomiam comparatam, physiologiam hominis et generationis apud Ill. Müller; materiam medicam apud Exp Mitscherlich; pathologiam generalem apud Ill. Henle, pathologiam et therapiam specialem apud Ill Casper; de prolapsibus et herniis apud beat. Rust; therapiam specialem et clinicen propaedeut. clinicen et policlinicen medic. apud Ill. Nasse; chirurgiam generalem et specialem, aciurgiam, artem fascias imponendi, anatomiam chirurgicam, clinicen et policlinicen chirurg. apud Ill. Wutzer; cursum operat. chirurg. apud Cl. Fischer; artem obstetr, historiam artis obstetr., descriptionem apparat. instrument. obstetr., exercitationes in machina phantoma dicta, clinicen obstetr. apud Ill. Kilian.

Hodieque audio: clinicen medicam apud Ill. Schoenlein; clinic. chirurg. apud Ill. Jüngken; clinic. et policlinic. chirurg. apud Ill. Dieffenbach et clinic. et policlinic. obstetr. apud Ill. Busch; cursum operat. ophthalm. apud Exp. Angelstein.

Viris his clarissimis propter tot tantaque, quibus cumulabar, amicitiae specimina, nulla unquam oblivione obscuranda, non modo verbis, verum re quoque ipsaque vita gratissimum animum meum testificari studebo.

## THESES.

1. Tantum symptomata cognoscis; quae si remediis tollis, morbum sanas.
2. Hysteria, e causa latente orta, homoeopathice curanda.
3. Quaestio num vel matris, vel foetus vita sit servanda, medico obstetricio esse non potest.
4. Remedium specificum mehercle pessimum remedium.
5. Generatio aequivoca non est.
6. Nomina maximum in medicina malum sunt.
7. Ars simulandi ac dissimulandi inter principes medici virtutes numeranda.